Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



169

in apocalypsi sua & quorũ angeli cotidie uident faciem dei. primũq; dicitur uae pastoribus; ait. qui cũ gregem dei pascere debeant & salutem illius prouidere pro sua festinant luxoria unde magnopere cauendũ est. & obseruanda illa praecepta. ne quaeras iudex fieri. ne forte ñ possis auferre iniquitates. & iterũ quanto maior. es. tanto magis te humilia. & in conspectu dñi inuenies gratiam & rursũ duce te constituet ne eleueris esto inter eos quasi unus ex illis. unde & apostolus. quasi paruolũ adque lactantẽ inter discipulos esse sedic. quodq; sequitur. lac comedebatis & lanis operiebamini per METAPHORAM. pastorũ ad principes loquitur. de quibus & in alio loco scriptũ est. qui deuorant plebem meã sicut escã panis. In lacte omis operis intelle in lanis multiplicem uestiũ uariatem quod aut dicitur & quod crassũ erat occidebatis. de diuitib; populi loquitur quos mali principes in ecclesiis iugulare narrantur. dũ eos praedicant & uitia eorũ increpare ñ audent. de quibus & prophetae dicit populus mis qui